



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Germanica

Châteillon, Sébastien

[S.l.], 1558

Capvvt XLVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54866](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54866)



## CAPVT XLVIII.

**Q**Uæret hîc aliquis: Postquàm hæc arbor, videlicet propria voluntas, est Deo & æternæ voluntati vsque adeò contraria, cur eam Deus creauerit & fecerit, & in paradiso collocauerit. ad quæ ego sic respondeo: Si quis homo, aut si qua creatura explorare & scire cupit Dei arcanum consilium atque voluntatem, ita vt scire aueat, cur tandem Deus, quidquæ faciat aut nõ faciat, & huius generis alia, is non aliter cupit quàm Adamus & diabolus: & quædiu durat hæc cupiditas, nunquam id cognoscitur, nec est aliud homo, quàm qualis Adamus siue diabolus. Hæc enim cupiditas rarò ab alia causa proficiscitur, quàm vt inde voluptatẽ capias, & in eo gloriari, quæ vera est superbia.

Verè demissus & illuminatus homo, non optat à Deo ipsius arcana sibi patefieri, ita vt quærat, cur, Deus quidquæ faciat aut differat, & huius generis alia. Contraquæ optat duntaxat, vt ipse in seipso ad nihilũ redigatur, fiatquæ volütatis expers, vtquæ vo-

*Cur Deus propriam hominis voluntatem creauerit, cum ea sit æternæ voluntati contraria. Genes. 2. 6.*



## T H E O L O G I A

luntas æterna in ipso viuat & polleat, & ab alijs voluntatibus inimpe- dita maneat, vtq̄ue æternæ volunta- ti ab ipso & in ipso satisfiat. Tamen potest aliquid aliud ad quæstionem hanc in hunc modum responderi: Omniũ, quæ sunt in omnibus crea- turis, præstantissimum & iucundissi- mum est cognitio, siue ratio, & vo- luntas: quæ duo ita inter se coniu- cta sunt, vt, vbi vnum adest, adsit & alterum. Quòd si hæc duo non ef- sent, ne vllum quidem esset animal rationale, sed tantum beluæ, & be- luitas: id quod esset magnũ vitium, nec vsquam posset Deus vel suorum nec suam naturam ( de quo antè di- ctum est) agendo obtinere: quod ta- men fieri conuenit, & ad perfectio- nem pertinet.

Iam cognitio hæc & ratio creata, dataque est cum voluntate, quæ & voluntatem, & seipsam doceat: neq; cognitionem, neq; voluntatem esse à seipsa, & earum neutram suam ip- sius esse, aut esse debere, neq; debe- re sibiipsi debere aut velle: & neu- tram sibiipsi prodesse, aut seipsa vti debere ad seipsam, aut propter seip- sam,



lam, sed à quo sunt, eius etiam esse, ei que obsequi debere, & in eum rursus fluere, & in seipsis, hoc est in sua ipsitate, ad nihilum redigi.

## CAPVT XLIX.

**H**ic rursus quiddam animad- *Volūta*  
uertendū est, præsertim de vo- *tem cu*  
lūtate. Volūtas æterna, quæ in Deo, *Deus*  
origine & essentia sine vllō opere *creaue-*  
aut actione est, eadem voluntas est *rit.*  
in homine, cæterisq; animantibus,  
agens atque volens. Nam volunta-  
tis natura & proprium est, velle.  
Quid enim aliud agat? Nequicquā  
enim esset, si nullam actionem ha-  
beret. Atqui non potest id fieri sine  
animalibus. Itaque animalia esse o-  
portet, ea que vult habere Deus, vt  
hæc voluntas, suum ipsius opus in  
eis habeat & faciat: quæ alioquin in  
Deo sine opere est, & non esse non  
potest. Itaque est voluntas in ani-  
malibus (quæ creata voluntas appel-  
latur) non minùs Dei, quàm æterna  
voluntas, non animalium. Et quia  
Deus sine animalibus, cum actione  
& motu velle non potest: propterea  
vult id facere in animalibus, & cū